



**I**ncipit Opus dignissimi Sapientissimi Picatrixis Philosophi Arabici maximi In Scientia Mathematicorum: et Prohemium: et

**A**d laudem, gloriam et honorem altissimi et omnipotentis Dei Cuius est revere-  
lare suis predestinatis Secreta Orientis. Et ad Illustrationem etiam doctorum  
Latinorum: quibus est copia librorum ab Antiquo Philosopho editore Alphonsus dei gratia  
Rex Hispanie Illustrissimus Totusque Brundaluse precepit hunc librum summo  
studio Summoque diligentia de Arabico in Hispanicum transferri Cuius nomen est  
Picatrix. Hoc aut opus perfectum fuit Anno domini Millesimo ducentesimo Alexandri  
regis Cesaris vero. M. CC. LXXXV. Arabum D. CLV. Quem ex diversis et plu-  
ribus libris Philo Compilavit et suo proprio nomine nominavit: et Prohemium:

Tempus Transla-  
tionis de Arabico  
in Latinum

Picatrix

**I**ncipit In nomine domini Liber quem Sapientissimus Philosophus Picatrix In Nigroman-  
tias Artibus ex quibus pluribus Libris Philo Arabum et aliarum nationum Compilavit:

**E**t Sapienter ait. Primum quod agere debemus in omnibus Rebus mundi est  
deo Regrari. Propter quod dicitur quod ipse sit laudatus. Eo quod ex sua lumine  
revelantur Secreta: et Abscondita patefuit: et ex sua potentia multa miracula facta sunt  
Et in eo omnes potentias: omnesque Sacra computat. Diesque a noctibus suis precepto divisi  
sunt: Et ex ipsius virtute omnia ex nihilo creata sunt quousque scelerunt. Et eius potentia  
omnes creature innovat: et in ipso sunt sue nature potentia gubernant: propterea  
potens est Et per ipsum omnia per generationem innovat: et ipse non alius rebus non movet  
nec separatur ab eis aliquo modo. Eo quod non habet locum terminatum nec est extra  
ab eo: quantum ipse est ipse locus: et rursus lingue mundi huius morare non possit opera eius  
nec potentia suas explere. Eius vero miracula seu miracula multa sunt: et nihil  
est ei novum. Ideo ipse sit laudatus sibi obediunt: et eius Prophetas et sanctos  
qui ex suo precepto illustrati fuerunt in mundo: et hominibus vias ostenderunt quibus  
de his Sacris et Sapientibus attingere possunt. Unde ipsum rogemus: quod nos in sua  
gratiam recipiat et mercedem: et ad sui gloriam nos perducat eternam. Amen:

Conclusio omnium  
Rerum in una

Documentum Artibus

**T**u qui Sacras Philo intendere vis et scire: ac eorum Secreta inspicere.  
Primo mirabilia magice Artis. que in suis exposuimus libris perquiras: et  
intendere queris mirabilia sacre Nigromantie. Primum aut scire debes. quod Philo  
hanc Sacram celaverunt et ea hominibus discoperire noluerunt. Immo ea pro viribus